

arbitrium est quod cogi non potest. Sed negationes non recipiunt magis et minus. Ergo nec liberum arbitrium.

Ad quod dicendum, quod quamvis negatio, secundum illud quod est, magis vel minus non recipiat; tamen dicitur intendi et remitti, quatenus habet causam in subiecto; sicut qui caret substantia oculi, magis dicitur caecus quam ille cuius visus dicitur ab humore aliquo impeditus ad pupillam confluentem: et ideo dici potest libertas arbitrii major

## DISTINCTIO VIII.

*Utrum Angeli omnes corporei sint; quod quibusdam visum est, quibus Augustinus consentire videtur dicens, omnes Angelos ante casum habuisse corpora tenuia et spiritulosa; sed in casu mutata in deterius malorum corpora, ut in eis possent pati.*

Solet etiam in questione versari apud doctos, utrum Angeli omnes, boni scilicet et mali, corporei sint, id est corpora habeant sibi unita. Quod aliqui putant, innitentes verbis Augustini, qui dicitur videtur, quod Angeli omnes ante conformationem vel lapsum, corpora aerea habuerint de puriore ac superiore aeris parte formata, ad faciendum habilia, non ad patiendum; et Angeli boni, qui perstiterunt, talia conservata sunt corpora, ut in eis possint facere et non pati: quae tantae sunt tenuitatis ut a mortalibus videri non valeant, nisi supervesita aliqua grossiori forma, qua assumpta videntur, depositaque videri desinunt: Angeli vero mali mutata sunt in casu corpora in deterius qualitate spissioris aeris. Sicut enim a loco digniori in inferiorem locum, id est caliginosum aërem, dejecti sunt: ita illa corpora tenuia transformata sunt in deterius et spissiora, in quibus pati possunt a superiori elemento, id est ab igne. Et hoc Augustinus sensisse videtur super Gen. (1) (lib. 5 cap. 10) ita dicens: « Daemones aërea dicuntur animalia quia corporum aëreorum natura vigent, nec per mortem dissolvuntur: quia praevaleat in eis elementum aptius ad faciendum quam ad patiendum. Ad patiendum enim humor et humus: ad faciendum aër et ignis aptitudinem praebent. Transgressores vero Angeli cum principe suo nunc diabolo, tunc Archangelo, non mirum si post peccatum in hanc caliginem detrusi sunt. Neque etiam hoc mirum est si conversi sunt ex poena in aëream qualitatem, quia possunt ab igne pati: caliginosa tamen aeris tenere tantum permixti sunt, qui eius quasi carcer sit usque ad tempus iudicii: » Ecce his verbis videtur Augustinus id tradere quod quidam opinantur de corporibus Angelorum. Hoc autem eum aliqui dixisse ostendunt, non ita sentiendo sed opinionem aliorum referendo: quod ex ipsis verbis diffundere volunt quibus ait: « Daemones dicuntur aërea animalia: » non ait. Sunt, ita enim quidam dicebant. De habitatione vero caliginosi aeris in quem detrusi sunt, non opinando sed rei veritatem asserendo eum tradidisse dicunt, quod istius locutionis distinctio ostendit. Dicunt quoque plurimos catholicos tractatores in hoc convenire, atque id concorditer docuisse, quod Angeli incorporei sunt, nec corpora habent sibi unita. Assumunt autem aliquando corpora Deo praeparante, ad impletionem ministerii sui sibi a Deo iniuncti, eademque post completionem deponunt, in quibus corporibus hominibus apparuerunt atque locuti sunt; et aliquando quidem locuti sunt ex persona Dei sine distinctione alicuius personae; aliquando ex persona Patris vel Filii, vel Spiritus sancti.

*Quod Deus in corporalibus illis antiquis formis apparuit.*

Nec dubitandum est Deum in corporalibus formis apparuisse hominibus, sicut Augustinus (in 2 lib. de Trin., cap. 5, 6, 7 et seqq.) ostendit conferens diversa Scripturae testimonia, ex quibus Deum in corporeis formis hominibus apparuisse probat; et aliquando ex persona Dei sine distinctio-

(1) Ad marginem Venetae editionis an. 1495 notatur: Verum lib. 8 de Civ. Dei cap. 16, suam de hac re aperit sententiam.

et minor, secundum modum naturae in qua est.

*Occulta quaedam semina (1) in corporis huius mundi elementis latent. Per haec semina intelliguntur virtutes activae existentes in rebus ex virtute caelesti, et ex qualitatibus activis et passivis: quia semen (in 2 Phys., text. 51), computatur inter causas activas.*

(1) Al. scientia etc.

ne, aliquando sub distinctione personarum sermone factum esse eis.

*De perplexa questione quam ponit Augustinus, quaerens an ad exhibendam has corporales apparitiones creatura nova sit formata, an Angeli qui ante erant, fuerint missi; et si ipsi missi sunt, utrum servata qualitate sui spiritualis corporis, atque specie corporealem de corpulentiori materia assumperint, an suam propriam corpus mutaverint in speciem suae actionis optam.*

Sed ubi Deum hominibus in corporalibus imaginibus apparuisse asserit, perplexam quaestionem proponit (lib. de Trin., cap. 1, et lib. 5, cap. 1) quam non solvit, quaerens, utrum in illis corporalibus apparitionibus creatura aliqua crearetur ad illud opus tantum, in qua Deus hominibus apparet; an Angeli qui ante erant, ita mitterentur ut manentes in suis spiritualibus corporibus assumerent ex corpulentia inferiorum elementorum materia aliquam speciem corporealem, quam coaptant quasi aliquam vestem mutarent in quolibet specie corporealis veras quidem, an corpus suum proprium vertent in species aptas actionibus suis per virtutem sibi a Deo datam. Ait enim Augustinus ita (in 5 lib. de Trin., cap. 1): « Quaerendum est in illis antiquis corporalibus formis et visis, utrum ad hoc opus tantum creata formata sit in qua Deus, sicut tunc opportunis iudicabit, humanis ostenderetur aspectibus, an Angeli, qui iam erant, ita mitterentur ut ex persona Dei loquerentur, assumentes corporealem speciem de creatura corporea in usum ministerii sui, aut ipsum corpus suum, cui non subdunderet, sed subditum regunt, mutant, atque vertentes in species quas vellet accommodatas atque aptas actionibus suis secundum attributam sibi a Creatore potentiam. Sed fateor excedere vires intentionis meae utrum Angeli inebante spiritali corporis sui qualitate per hanc occultis operantes, assument ex inferioribus elementis corpulentioribus corpus, quod sibi coaptant quasi aliquam vestem, mutant et vertunt in quavislibet specie corporealis, et ipsas veras, sicut aqua vera in vinum verum conversa est a Domino (Jean. 2), an ipsa propria corpora sua transformant in id quod volunt accipiendum ad id quod agunt. Sed quid horum sit, quoniam homo sum, nullo experimento comprehendere valeo, sicut Angeli qui haec agunt. » Attende, lector, quia quaestionem propositam non solvit, sed indissensum reliquit, utrum Angeli qui mittebantur, servatis suis propriis spiritualibus corporibus, supervesirentur aliqua corpulentiori specie, in qua possent videri; an ipsum corpus mutarent et transformarent in quacunque vellet speciem, in qua possent cerni. In quibus verbis videtur Augustinus attestari, Angelos esse corporeos, ac propria et spiritalia habere corpora.

*Quod Deus in specie qua Deus est, nunquam mortalibus apparuit.*

Ceterum haec velut nimis profunda atque obscura reliquias, illud indubitanter teneamus, quod Deus in specie essentiae suae nunquam mortalibus apparuit, sicut famulo suo Moysi dicit (Exod. 55, 29): « Non viderit me homo, et videri non potest: » et in Evangelio Joannis (cap. 1, 18): « Deum nemo vidit unquam. » Visibile enim quidquam non est quod non sit mutabile. Ideo substantia sine essentia Dei quantum nullo modo mutabilis est, nullo modo potest per seipsam esse visibilis (1). Proinde illa omnia quae Patribus visa sunt,

(1) Nicolai haec interponit (ut supra Augustinus dicit, lib. 5 de Trin., cap. 10, unde subdit).

cum Deus illis praesentaretur, per creaturam facta esse manifestum est. Et si nos latet quo modo ea ministris Angelis fecerit Deus, per Angelos tamen esse facta dicimus (1). Audet iterum 2. fideliciter dicere, nec Deum Patrem, nec Verbum ejus, nec Spiritum sanctum ejus qui est unus Deus, per id quod est invariabile atque idipsum est, ullo modo esse mutabilem, ac per hoc multo minus visibilem.

*Utrum daemones intrent corpora hominum substantialiter et illabantur cordibus, an id per effectum dicatur.*

Illud etiam consideratione dignum (5) videtur, utrum daemones, sive corporei, sive incorporei sint, hominum substantialiter intrent corpora, eorumque animabus illabantur; an ideo intrare dicantur, quia malitiae suae effectum ibi exerceat Dei permissione, opprimendo atque vexando eas vel in peccatum pro voluntate sua trahendo. Quod, in homines introat, atque ab eis expulsi exeant, Evangelium aperte declarat, commemorans, daemonia in quosdam ingressa, et per Christum ejecta (Matth. 8, et Marc. 1) (4). Sed utrum secundum substantiam fuerint ingressa, an propter mali effectum.

(1) Idem (Et paulo supra, cap. 10). In editione autem Veneta Nicolai notatur ad marginem hujus loci: Augustinus lib. 5 de Trin., cap. 10 et 11.

(2) Al. ergo.

(3) Al. dignissimum.

(4) Nicolai sequentia subnectit cruculis distincta. Ut Matth. 8, vers. 51: Si ejicis nos hinc etc., et mox: Al illi exeuntes etc. Matth. 12, vers. 45: Cum immundus spiritus exierit ab homine. Matth. 17, vers. 17: Exiit ab eo daemonium; et Marc.

eterni dicantur ingressi, non adeo perspicuum est. De hoc autem Gennadius in definitionibus ecclesiasticorum Dogmatum, (cap. 85), ait: « Daemones pro energiam operationem non credimus substantialiter illahi animae; sed applicatione et oppressione uniri. Illahi autem menti, illi soli possibile est qui creavit, qui natura subsistens incorporeus, capibilis est suae facturae. » Ecce hic videtur insinuari quod substantialiter non illabantur daemones vel introeant corda hominum vel corpora. Bada quoque super illum locum apostolorum Actuum (cap. 3, 5) ubi Petrus ait Ananiae: « Cur tentavit (vel implevit) satanas cor tuum? dicit: Notandum, quod neutem hominis iuxta substantiam nihil implevere possit nisi creatrix Trinitas; quia tantummodo secundum operationem et voluntatis instinctum anima de his quae sunt creati, impletur. Implet ergo satanas cor alicuius, non quidem ingrediens in eum et in sensum ejus, neque introiens aditum cordis, siquidem potestas haec solius Dei est; sed callida et fraudulenta deceptione animam in effectum malitiae trahens per cogitationes et incentiva vitiorum, quibus plenus est. Implevit autem satanas cor Ananiae, non intrando, sed malitiae suae vires inferendo. » Idem (in cap. 28 Act. super illud a Viperis etc.): « Spiritus immundus flamma virtutum de cordibus fidelium expulsus, doctoribus veritatis luculentibus venenum persecutionum infundit. » His auctoritatibus ostenditur quod daemones non substantialiter intrent corda hominum, sed propter malitiae suae effectum; de quibus pelli dicuntur cum nocere non sinantur.

1, vers. 25: Est de homine; itemque Marc. 5: Eri spiritus immunde; Luc. 10, vers. 17: Exiit daemonia a multis etc.

### Divisio textus.

Hic determinat Magister de Angelis bonis et malis, quantum ad corporum assumptionem; et dividit in partes duas: in prima determinat de eis quantum ad assumptionem corporum; secundo quantum ad impressionem in nos, ibi: *Illud etiam consideratione dignum videtur, utrum daemones... hominum substantialiter intrent corpora.* Prima dividit in partes duas: in prima determinat de apparitione Angelorum in corporalibus formis, utrum sit per corpus assumptum, vel naturaliter unum; in secunda determinat de apparitione divina, ibi: *Nec dubitandum est, Deum in corporalibus formis apparuisse hominibus.* Ubi duo facit: primo dicit, Deum apparuisse in corporalibus formis; secundo ostendit Deum nunquam in sua essentia visibiliter apparuisse, ibi: *Ceterum haec velut nimis (1) profunda atque obscura, linquentes, illud indubitanter teneamus, quod Deus in specie essentiae suae nunquam mortalibus apparuit.* Circa primum duo facit: primo ostendit, Deum in invisibilibus formis apparuisse; secundo inquiri dicit apparitionis modum, ibi: *Sed ubi Deus hominibus in corporalibus imaginibus apparuisse asserit, perplexam quaestionem proponit.*

### QUAESTIO I.

Hic sex quaeruntur: 1.º utrum Angeli habeant corpora naturaliter unita; 2.º si non habeant, utrum assumant; 3.º si sic, qualiter sibi corpora assumant; 4.º quae operationes per ea exerceant; 5.º qualiter in nos imprimere possint; 6.º quomodo Deus in formis corporalibus appareat.

(1) Al. hoc vellet unus.

### ARTICULUS PRIMUS.

*Utrum Angeli habeant corpora unita.*

Ad primum sic proceditur. 1. Videtur quod Angeli corpora unita habeant. Augustinus enim in lib. de Civ. Dei (7 cap. 16), inducit verba Apulei definitiens daemones sic: *Daemones sunt genere animalia, animo passiva, mente rationalia, corpore aërea, tempore aeterna:* nec hanc definitionem improbat. Ergo videtur quod habeant corpora aërea naturaliter unita.

2. Praeterea, Gregorius dicit in homilia Epiphaniae, quod Iudeus annuntiavit Christi incarnationem rationale animal, id est Angelus. Sed animal est compositum ex anima et corpore. Ergo videtur quod Angeli habeant corpora naturaliter unita.

3. Praeterea, illud quod in se est incorporeum, respectu nullius potest corporeum dici: quia haec praedicatio est absoluta: quod enim absolute album est, respectu nullius est nigrum. Sed secundum Damascenum (lib. 2 Fid. orth., cap. 5), et Gregorium (2 Mor., cap. 5 vel 2), Angeli in comparatione Dei corporei sunt. Ergo in se incorporei non sunt.

4. Praeterea, nobilior est quod in se habet vitam et alteri conferit, quam quod alterum non vivificat, quamvis in seipso vivat. Sed vita Angeli est nobilior quam animae. Ergo videtur quod multo fortius habeat corpus unitum quod vivificet quam anima.

Sed contra est quod Dionysius dicit (4 cap. de divin. Nom.), quod Angeli sicut incorporeales ita et immateriales intelliguntur.

Praeterea, omnis substantia vivificans corpus naturaliter sibi unitum, habet potentias aliquas quae sunt actus alicujus partis corporis. Si ergo Angelus unitur naturaliter corpori tamquam vivificans il-

lud, oportet quod habeat potentias affixas organis, sicut sunt potentiae animae sensitivae et nutritivae, quae si in Angelo ponantur, non differret Angelus ab homine.

**Solutio.** Respondeo dicendum, quod Angeli neque boni neque mali habent corpora naturaliter unita: hoc enim esse non potest, nisi essent formae illorum corporum vel saltem motores proportionati illis corporibus; et cum sint perfectioris naturae ipsis animabus, oporteret, quod corpora nobiliora haberent. Inter omnia autem corpora generabilia et corruptibilia est nobilissimum corpus humanum quasi maxime accedens ad similitudinem caelestis corporis propter aequalitatem complexionis; unde oporteret illa corpora esse corpora caelestia: et sic rediret error philosophorum ponentium, Angelos esse formas orbium et multiplicari secundum eorum numerum: quod tamen longe probabilius esset quam eos habere corpora aerea naturaliter unita quod videtur Augustinus dicere: quamvis dicatur hoc non nisi ex hypothesi eum dixisse, ut utentem positionibus Platoniorum, contra quos disputabat.

Ad primum ergo dicendum, quod Apulejus falsum dixit, nec Augustinus contra hoc disputabat, quia pauca de Angelis asserere voluit.

Ad secundum dicendum, quod secundum Dionysium (in 2 cap. cael. Hier.) proprietates animales et humanae dicuntur de Angelis per modum eminentiorem: quia quod habet natura inferior habet et superior, nec eodem modo, sed eminentius; unde dicitur Angelus animal, non quia compositus ex anima et corpore, sed ex eo quod habet virtutem cognoscendi sensibilia, non tamen per modum sensibilem, sed intellectualem.

Ad tertium dicendum, quod Angeli dicuntur corporei in comparatione ad Deum, quia conveniunt cum corporibus in quadam proprietate, quae est loco definiti, in quo corpora a Deo distant; non quod aliquo modo naturam corporalem habeant.

Ad quartum dicendum, quod quanto aliquid habet esse vel vitam magis absolute, tanto nobilior est; et ideo cum omnis forma habeat esse in conjunctione ad materiam, nobilior est vita illius quod corpori non unitur quam id quod corporis forma est. Sed quod influit vitam per modum efficiētis tantum, et non sicut forma conjuncta, hoc nobilior est. Sed hoc neque animae neque Angelo convenit, sed Deo tantum.

## ARTICULUS II.

*Utrum Angeli assumant corpora.*  
(1 p., quaest. 52, art. 2.)

Ad secundum sic proceditur. 1. Videtur, quod Angeli corpora non assumant. Omnis enim assumptio terminatur ad aliquam unionem. Sed Angeli non possunt esse uniti corporibus. Ergo nec corpora assumere.

2. Praeterea, sicut se habet spiritus unitus ad separationem, ita spiritus separatus ad unionem. Sed spiritus unitus, scilicet anima, non potest separari secundum suam voluntatem. Ergo nec spiritus separatus coniungitur corpori per assumptionem.

3. Praeterea, si assumant corpora, hoc non est nisi propter eorum operationem; quia ad esse suum corporibus non egent nec quantum ad princi-

pium nec quantum ad finem; sicut animae rationales egent corporibus quantum ad principium, quia creantur in corpore: sed non quantum ad finem, quia remanent post corpus. Sed omnis virtus quanto magis est a corpore separata, tanto est fortior in operationibus suis, ut patet in anima rationali. Ergo videtur quod nullo modo corpora assumant.

4. Praeterea, cum Angeli non possint esse formae corporum, ut dictum est, non possunt corporibus conjugi nisi sicut motori mobili. Sed hoc modo conjuguntur omni ei circa quod operantur. Ergo si hoc esset, corpus assumerent, quod non dicitur.

5. Praeterea, quodcumque corpus assumit Angelus, in illo est. Sed omne corpus, cum sit indivisibile, plures partes habet, et quod primo et per se est in aliquo, est in qualibet parte ejus, ut probatur in 6 Phys. (text. 31): quia si esset in una parte tantum, non diceretur in toto esse nisi ratione partis. Cum ergo Angelus non possit esse in pluribus locis simul, ut in 1 dictum est, videtur quod corpus non assumat.

Sed contra, illud quod per se incorporeum est videri non potest. Sed Angeli frequenter hominibus visibilibus apparuerunt, ut in sacra Scriptura legitur. Cum ergo sint incorporei, ut dictum est, videtur quod corpus assumant.

**Solutio.** Respondeo dicendum, quod hic est quorundam error, dicentium Angelos nunquam corpus assumere, et omnia quaecumque de apparitionibus Angelorum Scriptura loquitur in praestigis facta esse dicunt vel secundum visionem imaginariam. Sed quia sancti communiter dicunt, Angelos etiam corporali visione hominibus apparuisse, quibus (1) Scripturae textus concordare videtur, ideo absque dubio dicendum est, Angelos quandoque corpora assumere, in quibus ab hominibus videntur. Quod qualiter sit, videndum est. Cum enim natura spiritualis superior sit natura corporali, oportet quod natura corporalis sibi obediat: non autem quantum ad formarum susceptionem: quia prima inchoatio formarum in materia, secundum quod in ea dicuntur esse habilitates quaedam ad formam, est ab opere Creatoris, sed educio earum in actum est per virtutem agentium naturalium determinatorum: sed quantum ad motum localem, per quem nulla forma ponitur in re mota, obedit corpus virtuti spirituali; et secundum hoc quod virtus spiritualis movet aliquod corpus, coniungitur sibi sicut motor mobili. Sed alterius quando Angelus hoc corpus motum format per modum in praecedentibus dictum, ut appareant in eo aliquae proprietates visibiles invisibilibus ejus proprietatibus congruentes; tunc dicitur illud corpus assumere; unde quandoque apparent in figura hominis vel leonis, et huiusmodi, per quorum proprietates intelliguntur ipsae virtutes spirituales Angelorum.

Ad primum ergo dicendum, quod talis assumptio terminatur ad aliquam unionem quae est motoris ad motum, ut nautae ad navem; non autem ut formae ad materiam.

Ad secundum dicendum, quod spiritus conjunctus, scilicet anima, unitur corpori ad unum esse ut forma ejus; et ideo non potest separari per volun-

(1) *Al. cui.*

tatem, sed per naturam, facta indispositione circa corpus. Sed spiritus separatus potest per voluntatem conjugi corpori non sicut forma, sed sicut instrumentum; unde virtute naturae suae potest assumere et deponere illud quando vult, sicut et homo suum instrumentum.

Ad tertium dicendum, quod virtus Angeli non impeditur per corpus assumptum: quia non assumitur ut materia proportionata formae, nec etiam juvatur: sed tamen assumit ad consolationem eorum quibus apparet per instrumentum, ut ex visibilibus in invisibilibus cognitionem manuducantur.

Ad quartum dicendum, quod ad assumptionem corporis non sufficit motus; sed oportet quod sit formatio, ut dictum est.

Ad quintum dicendum, quod Angelus assumens corpus, est totus in qualibet ejus parte, nec tamen est in pluribus locis: quia totum hoc quod uno motu movetur comparatur ad ipsum sicut unus locus indivisibilis: quia non est in loco nisi per operationem, ut in 1 lib. dictum est.

## ARTICULUS III.

*Utrum corpora assumpta ab Angelis habeant veram naturam quam ostendunt.*

Ad tertium sic proceditur. 1. Videtur quod Angeli assumant corpora illa secundum veritatem, quae habent illam naturam quae videtur. Nuntios enim veritatis non decet aliqua fictio. Sed ostendere illud quod non est verum est quaedam fictio. Ergo videtur quod veram naturam habeant illarum rerum corpora assumpta.

2. Praeterea, proprietates humanae non inveniuntur nisi in vero corpore humano. Sed huiusmodi apparitiones fiunt, secundum Dionysium (in cael. Hier., cap. 15), ut ex visibilibus proprietatibus, de invisibilibus instruantur. Ergo videtur idem quod prius.

3. Praeterea, non sunt caedem proprietates diversorum ordinum. Sed assumptio corporum figurarum est ad ostendendum invisibiles proprietates Angelorum. Ergo videtur quod non debeant in eadem figura apparere Angeli superiorum ordinum et inferiorum ordinum.

4. Praeterea, quaeritur de qua materia assumant, et videtur quod non de aere. Corpus enim quod Angeli assumunt habet determinatam figuram et est distinctum ab aliis corporibus. Sed aer non est figurabilis nisi secundum figurationem corporis alterius, eo quod cum sit maxime humidum, minime suis terminis terminatur sed alienis; unde et una pars aeris alteri continuatur. Ergo videtur quod non assumant corpus aereum.

5. Item videtur quod nec terrenum. Angeli enim apparentes statim disparent. Sed hoc non potest fieri in corpore grosso terrestri. Ergo non huiusmodi corpus assumunt.

6. Praeterea, constat quod inter nos et caelum est ignis medius, qui est maxime activus in inferiora corpora. Si ergo de inferioribus elementis corpus assumerent, videtur quod quando in caelum ascendunt, corpora eorum cremarentur.

7. Praeterea, Dionysius (in 13 cap. cael. Hier.) dicit, quod inter alia corpora ignis maxime repraesentat proprietates spiritualium substantiarum. Sed propter eo unum cognitionem fit corporum assumptio,

ut dictum est. Ergo videtur quod semper de igne corpus assumant.

8. Praeterea, corpus caeleste est nobilissimum corporum. Sed nobili motori debetur nobile mobile. Ergo videtur quod corpus quod ad motum assumunt, sit de natura quintae essentiae.

**Solutio.** Respondeo, quod qualitas corporis assumpti ab Angelis potest dupliciter inquiri: vel quantum ad veritatem naturae quam habet, vel quantum ad materiam de qua corpus assumit. Quantum ad primum dicendum est, quod corpus assumptum ab Angelo non habet veritatem illius naturae quae ostenditur; unde etsi aliquando Angelus bonus vel malus moveat corpus alienius veri animalis, non dicitur proprie illud assumere; sicut non dicitur Angelus assumpsisse linguam asinae, per quam locutus est ad Balaam; nec daemon corpus hominis quem vexat; cuius ratio est, quia proprietates quae secundum veritatem sunt in aliquo corpore, ducunt in cognitionem principiorum subiecti, et non actu in cognitionem substantiae spiritualis; quae ductio est totus finis visibilibus formationum secundum Dionysium. Unde quantum ad finem apparitionis, oportet ut sint illae proprietates secundum similitudinem tantum, ut non intelligatur illis subesse aliqua res, nisi Angelus; ut quasi corpus Angeli esse videatur, et proprietates ejus sint proprietates Angeli. Si autem quaeratur de secundo, quale sit quantum ad materiam, dicendum est, quod materia corporis assumpti ab Angelo, potest considerari dupliciter: vel quantum ad principium assumptionis, vel quantum ad terminum. Si quantum ad principium, sic dico, sicut in littera dicitur, quod assumit de aere, propter hoc quia aer maxime transmutabilis est, et convertibilis in quaecumque; et huius signum est, quod quidam videntes corpus a daemone assumptum, scindere gladio vel perferere volentes, id efficere non valuerunt, quia partes aeris divisi statim continuantur. Sed propter hoc quod aliquam figuram recipere possunt competentem Angelo apparenti, oportet quod quantum ad terminum assumptionis aer iste sit in aliquo inspi satus, et ad proprietatem terrae accedens, servata tamen aeris veritate: quod efficere possunt tum per motum localem congregando partes, tum etiam per semina in elementis dispersa, ut prius dictum est.

Ad primum ergo dicendum, quod sicut in locutionibus metaphoricis non est falsitas, eo quod non proferuntur ad significandum res quibus nomina sunt imposita, sed magis illa in quibus dictarum rerum similitudines inveniuntur; ita etiam in apparitionibus Angelorum non est fictio, quia figurae illae non ostenduntur ad significandum esse naturales illius rei, sed proprietates Angeli.

Ad secundum dicendum, quod quamvis verae proprietates hominis non sint nisi in corpore naturali, tamen similitudines illarum proprietatum in aliis esse possunt; et tales similitudines sufficientur ad finem apparitionis.

Ad tertium dicendum, quod secundum Dionysium (in fin. cael. Hier.), in eadem figura quandoque ostenditur superior et inferior Angelus; quia una res habet diversas proprietates, per quarum quasdam potest superiores repraesentare, et per alias inferiores. Praeter ea eadem etiam proprietates sunt superiorum et inferiorum, quamvis diversimode, secundum Dionysium.

Ad quartum dicendum, quod aer aliquo modo inspissatus, potest figurari, et ab alio aere distingui. Ad quintum dicendum, quod est aliquo modo terrestre, in quantum habet terrae proprietatem per condensationem; sed illa densitas subito dissolvitur remotis causis densitatis.

Ad sextum dicendum, quod cum non assumant corpora nisi propter nos, non est probabile quod corpora assumpta in caelum empyreum deferant, neque eis utantur, nisi quatenus oportet ad operationes quas circa nos exercent.

Ad septimum dicendum, quod in corporibus assumptis a bonis Angelis apparent proprietates ignis, praecipue quantum ad splendorem, sicut et proprietates hominis; non tamen oportet quod huiusmodi corpora materialiter de igne assumantur.

Ad octavum dicendum, quod cum corpus caeli sit incorruptibile, non potest dividi nisi secundum imaginationem; nec etiam recipit peregrinas impressiones, unde ex eo non potest corpus Angeli formari.

## ARTICULUS IV.

*Utrum Angeli possint comedere in corporibus assumptis.*

Ad quartum sic proceditur. 1. Videtur quod Angeli in corporibus assumptis comedere possint. Legitur enim Gen. cap. 18, quod Abraham Angelis sibi apparentibus cibos apposuerit. Sed ipse cognovit eos esse Angelos, quod ipsa collocutio eum eis habita ostendit. Ergo videtur quod comedere possint.

Sed contra hoc est quod expressissimum argumentum dominicae resurrectionis est ipsius Christi resurgentis comestio: unde dicitur Actuum 10, 40: *Dedit eum manifestum fieri non omni populo, sed testibus praedictis a Deo, nobis qui manducavimus et bibimus cum illo.* Sed actus qui spiritui potest convenire, non est argumentum corporalis resurrectionis. Ergo Angeli corpora assumptis non vere comedunt.

## QUAESTIUNCULA II.

Item, videtur quod possint generare. Dicitur enim Genes. 6, 2: *Videntes autem filii Dei filias hominum quod essent pulchrae, acceperunt sibi uxores ex omnibus quas elegerant; et hoc Iosaphus (1) exponit de daemonibus incubis.* Ergo videtur quod generare possint.

Sed contra est, quod completur generatio per virtutem formativam quae est in semine ex corpore vivo resoluta. Sed corpus assumptum a daemonibus et ab Angelis, non est vivum, ut dictum est. Ergo videtur quod generare non possint.

2. Si dicatur, quod generant per hoc quod idem daemon succubus ad virum, est recipiens ab eo quod postmodum in mulierem transfundit, factus incubus ad eam; contra est, quod semen non habet virtutem generandi nisi quamdiu calor animae in eo retinetur, quem oportet exhalare per

(1) Aequivalenter, non expresse: sic enim tantum lib. 1 Antiquit. Judaic., cap. 4: *Multis Angelis Dei cum mulieribus congressis progeniem praeparaverunt insolentem. . . . ubi Angelos Dei daemones vocat.*

magnam distantiam delatum. Ergo videtur quod per istum modum generatio fieri non possit.

3. Praeterea, si fieret generatio talis per modum istum, non esset nisi secundum virtutem illius seminis. Ergo ex hoc non sequeretur quod geniti essent majoris virtutis quam alii homines, ut innuitur ex his quae sequuntur ibi, 4: *Isti sunt potentes a saeculo viri famosi.*

## QUAESTIUNCULA III.

Item, videtur quod possunt sentire. Assumunt enim corpora habentia diversa organa sensibilia. Sed hoc frustra esset, nisi per oculos viderent et per aures audirent. Ergo etc.

Sed contra est quod sentire per organa corporalia est accipientis cognitionem a rebus: quod Angelis non convenit, ut dictum est. Ergo etc.

## QUAESTIUNCULA IV.

Item, videtur quod possint localiter moveri, per id quod legitur Tobiae 6, et deinceps de Angelo qui comitatus est Tobiam per multa terrarum spatia.

Sed contra est, quia quod coniungitur alicui solum ut motor, si in se sit immobile, non movetur ad motum ejus, sicut patet in motoribus orbium, secundum philosophos. Sed Angelus, in quantum in se est, est substantia spiritualis immobilis. Ergo videtur quod ad motum corporis, cui sicut motor tantum coniungitur, non moveatur.

## QUAESTIUNCULA V.

Item, videtur quod loquantur, ex multis Scripturae locis, quae frequenter eos hominibus locutos commemorat.

Sed contra est, quia in omni locutione exprimitur quaedam intentiones intellectae. Sed huiusmodi intentiones non possunt pervenire de intellectu ad vocem, nisi aliquo mediante quod est proportionatum ad huiusmodi suscipienda, sicut imaginatio humana. Ergo videtur quod per corpus inanimatum assumptum vel per corpus brutum loqui non possunt.

Solutio. I. Respondeo dicendum, quod, ut praedictum est, Angeli corporibus assumptis vitam non influunt, sed tantum motum: et ideo considerandum est, quod omnes operationes quae sequuntur corpus vivum, in quantum vivum, non possunt Angelis in corporibus assumptis convenire; sed tantum illae quae consequuntur corpus mobile in quantum huiusmodi, ut movere, impellere, dividere et huiusmodi.

Ad primum ergo dicendum, quod comedere secundum completam rationem sui, non dicitur solum divisionem cibi et traiectionem in os; sed et istum actum procedere a virtute potente digerere (1) et convertere in nutrimentum: et ideo Angeli non vere comederunt, sed fuit (2) ibi vera divisio cibi, et trajectio (3) in corpus assumptum; qui postmodum non est conversus in corpus illud, sed virtute Angeli aliqua (4) dissolutus est in praer-

(1) *Al.* dirigere.  
(2) *Al.* comelunt, sed fuit, *item* sed fit.  
(3) *Al.* tractatio.  
(4) *Al.* Forte superfluit aliqua.

movetur extra locum suum, nisi hoc modo quod sit in alio loco ratione et non subjecto.

Solutio V. Ad id quod quinto quaeritur dicendum, quod loqui proprie est per formationem vocum ex percussione aeris respirati, determinatis organis, ad exprimendum aliquem intellectum; et ideo locutio corporalis Angelis convenire non potest in corporibus assumptis, secundum completam significationem, cum non habeant vera organa corporalia; sed est aliqua similitudo locutionis, in quantum intelligunt, et intellectum exprimunt quibusdam sonis, qui proprie non sunt voces sed similitudines vocum; sicut etiam quaedam animalia non respirantia dicuntur vocare (1), et etiam quaedam instrumenta, ut dicit Philosophus (in 2 de Anima, text. 87). Intentiones autem intellectae ab Angelo efficiuntur in illis sonis non eadem numero sed secundum similitudinem significationis per motus determinatos ab intellectu, sicut similitudo artis efficitur in materia, ut domus.

## ARTICULUS V.

*Utrum daemones possint esse intra corpora hominum.*

Ad quintum sic proceditur. 1. Videtur quod daemones intra corpora hominum esse non possint. Dicit enim Glossa (2) super illud Ihabae. 2, 20: *Dominus in templo sancto suo*, quod daemones simulacris exterioribus praesiderent, non autem interioribus adesse. Ergo multo minus intra humana corpora.

2. Praeterea, duo spiritus creati non possunt esse in eodem loco, ut in primo dictum est. Sed anima est in qualibet parte corporis. Ergo videtur quod in nulla parte ejus possit esse daemon.

3. Praeterea, secundum Damascenum (lib. 2, cap. 5), Angelus est ubi operatur. Sed sicut operatur in corpore, ita etiam habet aliquam operationem circa animam. Ergo sicut intra animam non est, ita nec intra corpus.

4. Praeterea, videtur quod in sensu corporales imprimere non possit praestigis deludendo. Illa enim forma quae videtur oportet quod sit alicubi. Sed non potest esse tantum in sensu: quia sensus non habet aliquam speciem nisi a rebus acceptam; nec iterum potest esse in re quae videtur sic quod mulier videatur equa: quia duae formae substantiales non possunt esse in eodem; et praeterea res illa videretur talis ab omnibus; nec iterum in aere circumstante qui susceptibilis figurae non est, nec semper unus et idem circa rem illam manet, praecipue quando movetur. Ergo videtur quod huiusmodi ludificationes per daemones fieri non possint.

5. Sed contra, videtur quod etiam in animam illabi possunt. Quia ea quae sunt in corde, nullis scire potest, nisi cordis intima penetret. Sed daemones sciunt cogitationes malas peccatorum: quas apud Deum accusant, et ex quibus occasionem tentandi sumunt. Ergo videtur quod animae illabuntur.

6. Praeterea, ipsi immittunt malas cogitationes, ut dicitur in Psalm. 79, 40: *Inmissiones per Anje-*

(1) *Scilicet* vocem edere.  
(2) Sumpta ex Hieronymo in eum locum.

centem materiam. Christus autem vere comedit, quamvis cibus conversus non fuerit: quia illa decisio cibi fuit habentis virtutem nutritivam et conversivam. Abraham autem etsi in fine cognoverit eos esse Angelos, non tamen est inconveniens quod hoc eum in principio laterit: vel si cognoverit, in alicujus mysterii commendationem eis cibos apposuit.

Solutio II. Ad id quod secundo quaeritur, dicunt quidam, quod daemones in corporibus assumptis nullo modo generare possunt; nec per filios Dei Angelos incubos significari dicunt, sed filios Seth, et per filias hominum eas quae de stirpe Cain descenderunt. Sed quia contrarium a multis dicitur, et quod multis videtur non potest omnino falsum esse, secundum Philosophum (in 7 Eth., cap. 14, et in fine de Somn. et Vig. (1)), ideo potest dici, quod per eorum actum completur generatio, in quantum semen humanum appere possunt in loco convenienti ad materiam proportionatam, sicut etiam semina aliarum rerum colligere possunt ad complendum aliquos effectus, ut in praecedenti distinctione dictum est; ut attribatur id tantum eis quod est motus localis, non autem ipsa generatio ejus principium non est virtus daemonis, aut corporis ab eo sumpti, sed virtus illius ejus semen fuit; unde et genitus non daemonis sed alicujus hominis filius est.

Et sic patet responsio ad primum quod contra objicitur.

Ad secundum dicendum, quod eum hic daemones velocissime moveantur propter victoriam virtutis moventis super rem motam, possunt aliqua ponere ad conservationem seminis, ne calor vitalis evaporet.

Ad tertium dicendum, quod daemones possunt scire virtutem seminis decisi ex dispositione ejus a quo decisus est, et similiter mulierem proportionatam ad seminis illius susceptionem, et etiam constellationem juvantem ad effectum corporalem, scilicet optima complexione in genito: quibus omnibus concurrentibus, possibile est genitos corpore magnos esse vel fortes.

Solutio III. Ad id quod tertio quaeritur, dicendum est, quod Angeli nullo modo vident per oculos corporis assumpti, quia haec est operatio potentiae corporis viventis; unde partes corporis assumpti non sunt organa sensibilia, sed similitudinem eorum habentia ad ostendendum Angelorum spirituales virtutes; unde Dionysius (in fin. Cael. Hier.) ex omnibus partibus humani corporis docet proprietates angelicas considerare; unde non frustra assumuntur.

Solutio IV. Ad id quod quarto quaeritur, dicendum est, quod moventur per accidens, motis corporibus in quibus sunt: quia definitive sunt in illis corporibus, ita quod non alibi. Deus autem non movetur ad motum alicujus corporis: quia ita est in uno quod etiam in alio: sicut anima non movetur per accidens ad motum manus sed ad motum totius corporis. Similiter etiam motor orbis coniungitur orbi secundum philosophos, et non uni parti tantum: quamvis virtus ejus primo appareat in parte dextera unde incipit motus, et ideo non movetur per accidens, quia totus orbis non

(1) Sive de divinatione per somnum, cap. 1. (*Ex edit. P. Nicolai*).

los malos. Ergo videtur quod intellectum penetrare possint.

7. Praeterea, ipsi etiam dicuntur incoctores malorum. Sed incidere pertinet ad affectum cuius est amare. Ergo videtur quod etiam in voluntatem nostram imprimere possint et eam intrare.

Solutio. Respondeo dicendum, quod Angeli boni et mali ex virtute naturae suae habent potestatem transmutandi corpora nostra sicut etiam alia corpora naturalia; et quia ubi operantur ibi sunt, ideo nostris corporibus illabuntur, et per consequens etiam impressionem habent in potentias affixas organis, quarum operationes immutantur ad immutationem organorum, sicut est sensus, imaginatio, et huiusmodi; sic etiam per accidens eorum operatio resultat in intellectum, cuius obiectum est phantasia, sicut color visus, ut dicitur in 5 de Anima. Sed tamen hoc non provenit usque ad voluntatem: quia voluntas neque quantum ad actum neque quantum ad obiectum dependet ex organo corporali: quia obiectum suum ab intellectu accipit secundum quod intellectus apprehendit aliquid in ratione boni.

Ad primum ergo dicendum, quod daemon dicitur non intus adesse simulacro quasi virtus conjuncta, ita quod ex daemone et simulacro fiat unum, sicut idolatrae putabant aliquid numen in imaginibus corporalibus esse.

Ad secundum dicendum, quod anima non est in corpore sicut in loco, sed sicut forma in materia; et ideo non est unitis rationis operatio quam anima in corpore efficit, et daemon; unde sine confusione operationum utrumque simul in eadem corporis parte esse potest.

Ad tertium dicendum, quod esse intra aliquid, est esse intra terminos ejus. Corpus autem habet terminos duplicis rationis, scilicet quantitatis et essentiae; et ideo Angelus operans intra terminos corporalis quantitatis, corpori illabitur; non autem ita quod sit intra terminos essentiae suae, nec sicut pars, nec sicut virtus dans esse: quia esse est per creationem a Deo. Substantia autem spiritualis non habet terminos quantitatis, sed tantum essentiae; et ideo in ipsam non intrat nisi ille qui dat esse, scilicet Deus creator, qui habet intrinsicam essentiae operationem; aliae autem perfectiones sunt superadditae ad essentiam; unde Angelus illuminans non dicitur esse in Angelo et in anima, sed extrinsecus aliquid operari.

Ad quartum dicendum, quod formae quae videntur in istis praestigis, non sunt nisi in sensu. Hoc autem potest dupliciter contingere per daemonum operationem. Uno modo ut species quae sunt in imaginatione servatae operatione daemonum ad organa sensuum fluant, sicut contingit in somno; et ideo quando illae species contingunt organa sensuum exterioris, videntur ac si essent res praesentes extra, et actu sentirentur. Alius modus potest esse ex immutatione organorum, quibus immutatis, fallitur sensus iudicium, sicut in eo qui habet gustum corruptum, cui omnia videntur amara. Hoc autem facere possunt virtute quarumdam rerum naturalium, sicut ad vaporationem cuiusdam fumi trabes domus videntur serpentes, et multa experimenta huiusmodi inveniuntur.

Ad quintum dicendum, quod cogitationes eorum seire solius Dei est. Possunt tamen Angeli aliquas earum conicere ex signis corporalibus ex-

terioribus, scilicet ex immutatione vultus (1), sicut dicitur:

In vultu legitur hominis secreta voluntas:

et ex motu cordis, sicut per qualitate pulsus etiam a medicis passiones animae cognoscuntur.

Ad sextum dicendum, quod mali Angeli cogitationes immittunt, ut prius dictum est, illustrando phantasmata, ut secundum diversas eorum compositiones possint novae intentiones ab eis accipi. Non tamen intellectus cogitur eas accipere: quia praeter obiectum et potentiam cognoscentem, exigitur ad actuale cognitionem intentio cognoscentis vel per sensum vel per intellectum. Sed boni Angeli etiam directe in intellectum imprimere possunt: quia, secundum Augustinum (lib. 10 de civit. Dei, cap. 16), operantur in intelligentias nostras miris quibusdam modis. Hoc autem est in quantum lumen intellectus agentis nostri confortatur per intellectuale lumen ipsorum. Sed hoc daemones non competit: quia quamvis naturale lumen eorum sit efficacius quam lumen intellectus nostri, tamen lumine gratiae non sunt perfecti, sed tenebris culpae obumbrati; et ideo non intendunt iudicium rationis nostrae rectificare per conformationem intellectuales luminis, sed aliqua nobis ostendere ex quibus decipiamur, quod faciunt phantasmata illustrando.

Ad septimum dicendum, quod daemones dicuntur incoctores, in quantum faciunt fervere sanguinem; et sic anima ad concupiscendum disponitur, sicut etiam quidam cibi libidinem provocant. In voluntatem autem imprimere solius Dei est, quod est propter libertatem voluntatis, quae est domina sui actus, et non cogitur ab obiecto, sicut intellectus cogitur demonstratione. Unde patet ex praedictis quod daemones imprimunt in phantasmata, sed Angeli etiam in intellectum; Deus autem solus in voluntatem.

#### ARTICULUS VI.

*Utrum Deus apparuerit in figuris corporalibus.*

Ad sextum sic proceditur. 1. Videtur quod ipse Deus in corporalibus figuris non apparuerit. Huiusmodi enim apparitiones factae patribus in Prophetis, factae sunt mediantibus Angelis, quorum etiam dispositione lex tradita est, ut dicitur Act. 7, et ad Hebr. 2. Sed ille apparet qui immediate revelationem facit. Ergo videtur quod in huiusmodi formis corporalibus Deus non apparuerit.

2. Praeterea, Angelus apparet visibiliter assumit corpus in quo videtur. Sed Deus nunquam assumpsit corpus, nisi in unitate personae. Ergo videtur, quod ipse in corporalibus figuris non videatur.

3. Praeterea, Angelus qui apparet in aliquo corpore, est in eo in quo prius non fuerat. Sed in illis creaturis in quibus apparet dicitur Deus non est nisi sicut prius fuerat, scilicet per essentiam, praesentiam et potentiam. Ergo videtur quod ipse non apparebat.

4. Praeterea, si ipse Deus apparuerit, ergo videtur quod missio visibilis facta fuerit in veteri Testamento, sicut etiam in novo, quod a sanctis negatur.

(1) Al. virtutis. Nicolai visus.

Ad quartum dicendum, quod immisio visibilis divinae personae differt ab apparitione, de qua differentia dictum est, in 1, dist. 16.

#### Expositio textus.

*Ad patiendum humor et humis; ad faciendum aer et ignis aptitudinem habent.* Videtur hoc esse falsum: quia in aqua dominatur qualitas activa, scilicet frigidum; et ita videtur magis esse activa quam aer in quo dominatur qualitas passiva, scilicet humidum. — Et dicendum, quod ista obiecto procedit, considerata actione et passione secundum qualitates activas et passivas. Sed aliter est, si consideretur secundum formas substantiales quae sunt prima principia actionis; quanto enim aliquid est magis subtile, magis est activum, quia plus habet de forma; et grossum est magis passivum, quia plus habet de materia.

*Sed ubi Deum hominibus in corporalibus imaginibus apparuisse assertit, perplexam questionem proponit.* Hic movetur questio habens tres partes secundum tres modos quibus potest divina apparitio aestimari. Unus modus est ut aliqua nova creatura creetur ad hoc quod in ea Deus appareat, et hoc verum est si per creationem intelligatur formatio corporis facta per ministerium Angelorum. Secundus modus est ut Angeli corpora naturaliter unita diversimode transformant ad exprimendum diversas similitudines. Tertius modus est ut supra corpora quae habent, alia grossiora assumant, quasi indumenta quibus induantur: et utrumque istorum falsum est, quia supponit Angelos habere corpora naturaliter unita.

*Visibile enim quidquam non est quod non sit mobile.* Istud absolute verum est (1), si intelligatur de visu exteriori: quia omne visibile est corpus naturale, et omne corpus naturale est mobile vel secundum locum vel alio modo.

(2) *Daemones per energeticam operationem non credimus substantialiter illabi animae.* Energia dicitur ab eo quod est in, et ergia, quod est labor, et geos, quod est terra (3) et convenit his qui interiori terrestri et melanchonico humore laborant: quia tales usu rationis privantur; ideo energumeni etiam dicuntur illi qui interiori a daemone possidentur.

(1) Al. visibile est quidquid non est etc. Istud absolute verum non est etc.

(2) Al. Per energumenos etc.

(3) Inauspicata explicatio, nec satis graecae voci respondens: Nicolai.

## DISTINCTIO IX.

*De ordinum distinctione, et quot sint, et quid sint.*

Post praedicta, superest cognoscere de ordinibus Angelorum quod Scriptura tradit, quae in pluribus locis novem esse ordines Angelorum pronuntiat, scilicet Angelos, Archangelos, Principatus, Potestates, Virtutes, Dominationes, Thronos, Cherubim, et Seraphim. Et inveniuntur in istis ordinibus tria genera esse, et in singulis tres ordines, ut Trinitatis similitudo in eis insinuetur impressa. Unde Dionysius (lib. de cael. Hier., cap. 6) tres ordines Angelorum esse tradit, ternos in singulis ponens. Sunt enim tres ordines superiores, tres inferiores, tres medii. Superiores, Seraphim, Cherubim, et

Throni, Medii, Dominationes, Principatus, Potestates. Inferiores, Virtutes, Archangelii, et Angeli.

*Quid appelletur ordo, et quae sit ratio nominis cuiusque.*

Hic considerandum est, quid appelletur ordo: deinde utrum ab ipsa creatione fuerit distinctio illorum ordinum. Ordo Angelorum dicitur multitudo caelestium spirituum qui inter se in aliquo munere gratiae assimilantur, sicut et in naturalium datorum munere conveniunt: verbi gratia, Seraphim dicuntur qui prae aliis ardent in caritate, Seraphim enim interpretatur ardens, vel succedens. Cherubim, qui prae